

## DE HALOSACHNE

rò odor si quem offendit, osse sepiæ  
vsto vtatur. ¶ Hoc loco commodè  
mihi in mentem venit, quod ab ami-  
co olim audiui, qui Flandriæ & Belgi-  
ci tractus orã perlustrauit: in qua rem  
quandam maritimã, Meergallen vul-  
gò dictam (id est fel marinum, & si nõ  
propriè amarum, sed falsum esse pu-  
to. sic & Homerus ἀλμυρικὴν, Ili-  
dos) multis in locis sibi repertam a-  
iebat: esse autem materiam albam &  
pellucidam glaciei instar, magnitudi-  
ne pilei interdum, mollem, spongio-  
sam, lentã, glutino aqua resoluto vel  
concreto piscium iuri, similem: valde  
falsam: inueniri in litore circa petras,  
in earum angulis præcipuè vbi aquæ  
marinæ ab æstu non nihil relictum es-  
set: videri quæ est maris spuma petris alli-  
sa, paulatim gigni. Hoc verò quidnã  
rei sit, & quis eius vsus, nondum co-  
gnoui. ¶ Aristoteles libro 9. anima-  
lium, cap. 14. alcyonum nidum simi-  
lem esse scribit pilis maris, siue halo-  
sach-